

*mitioribus*, ne scilicet se patiatuſ tormentis lacerari ; verum cum intelligat, tot indicia contra se stare, quibus delictum sit probatum, & ipse vehementer iisdem sit gravatus, ut sine majore sui corporis incommoditate ingenuè & sponte delictum fateatur. (b) *Verbis comminatoriis* de torquendo eo, si veritatem celare, & delicti probati admissionem negare perrexerit. Quod etiam supra *artic. 46.* ordinatum fuit. (2) *De innocentia sua deducenda* : an velit contra indicia suam innocentiam probare : quoniam captivo ante torturam permittenda est defensio, pro qua etiam judex laborare debet. Videri possunt, quæ *art. 47.* de hoc argumento dicta sunt. De copia indiciorum reo communicanda, & quomodo is innocentiam suam per elisionem indiciorum deducere debeat, vide Heigium *part. 2. q. 36. per tot. p. 297. & seqq.*

(III.) Actuarii officium est, diligenter & eò modò, quo illud antea constitutum est, singula in protocollo notare, quæ interrogantur, & à reo proferuntur respondendo, nec non, quæ ex ipsa inquisitione plenius cognoscuntur.

## ARTIC. CLXXXV.

*Ut idem Actuarius confessiones rei quoque annotet.*

Wie der Gerichtschreiber des angeklagten Bekantniß  
auffzeichnen sol.

**W**ird so es zu der peinlichen Frag kommt/ was denn der Beklagte dadurch bekent/auch was er bekantter That halben unterschiedlich saget/die zu Erfahrung der Wahrheit/wie in dieser unser Ordnung davon gesetzt/dienstlich und fürträglich seyn/ und was fürter/ auch nach laut dieser unser Ordnung / von Erfahrung der Wahrheit darauff gehandelt und erfunden wird / das alles und jedes insonderheit sol der Gerichtschreiber ordentlich und unterschiedlich nach einander beschreiben.

AD ARTIC. CLXXXV.

## ARGUMENTUM.

*Quæ reus sub tortura interrogatus fatetur, & quæ is ratione confessati delicti ulterius indicat, quæ ad veritatis investigationem facere possint, illa omnia itidem ordine & distinctè Actuarius notabit in protocollo.*

Rrrr

EXE-